1751,
d. 17 Jany.

Plaudite Io! Cives

et canite longum lætumque Pœana!

floribus cingite comas odoriferis concomitantes novum Conſulem

ſolemnemque pompam ducite hac occaſione duci ſolitam:

SCHUMACHERUS (ſic fata volunt) eligitur Conſul

ſolvite Deo vota!

ſalutate Conſulem hactenus conſiliis gravem

pro Patriæ ſalute.

Cujus honores ſimul & ſine crimine mores patent.

Cujus laus ſumma fuit, cuique ſuum ſine fraude dediſſe.

Quis non venerabilem Genitorem Tuum poſt funera veneratur?

E cujus mellifluo ore

ut apes mella ſolent, ſic Tu quoque collegiſti poſthac profuturas opes.

Lenem, juſtum, ſeverum benignum nactus es ſocerum.

ſanguine & Senatu Tibi aſſociatum

Beatum *HOLLERUM* ad idem faſtigium conſulare elatum,

cujus veſtigia premere Tibi ſemper curæ cordique fuit.

Felix *Bremenſium* Reſpublica Te publice proclamato Conſule!

Felix Muſarum cohors te Præſide exclamat

Læti omnes incolæ lætum & [illegible] cernunt vultum tuum.

quem invidia dum videt, aufugit illico,

diſcordia diſcedit

Atraque vindicta procul hinc alium ſibi vindicat locum.

E contra

humanitas, juſtitia, benignitas,

amica concordia, pax,

Cujus laus ſumma fuit, cuique ſuum ſine fraude dedit.
Quis non venerabilem Genitorem Tuum poſt funera veneratur?
E cujus mellifluo ore
ut apes mella ſolent, ſic Tu quoque collegiſti poſthac profuturas opes.
Lenem, juſtum, ſeverum benignum nactus es ſocerum,
ſanguine & Senatu Tibi aſſociatum
Beatum HOLLERUM ad idem faſtigium conſulare clarum.

diſcordia diſcedit
Atraque vindicta procul hinc alium ſibi vindicat locum.
E contra
amica concordia, pax, humanitas, juſtitia, benignitas,
Tua ſub Tutela tutum promittunt regimen.
Vivas diu felix, vigeas atque valeas!
& nomen tuum clareſcat per urbem & orbem.
ſalus tua, auguror, ſalus erit cunctorum civium
Plaudite Io Cives!
Et longum lætumque Pœana canite!

Bremæ XVII. Calendarum Julii
Anni MDCLI.

debitæ obſervantiæ ergo
P. M. B.

Bremæ, Typis Viduæ B. Herm. Chriſt. Jani, Quondam illuſtris Gymnaſii Typographi.